cto & inferes. Aliter dulcia muſteos aphros optimos
rades: & in lacte īfundis. Cum biberint ī furnum mit
tis ne areſcant modice eximes eos calidos melle pfun

dis cõpungis vt bibant. piper aſpergis & inferes.
Aliter dulcia ſiligineos raſos frãgis & bucellas maio
res facies: in lacte infundis. frigis & ĩ oleo mel ſupfun
dis & inferes. Dulcia pipata mittis mel merꝫ paſſã ru
tã eo mittis nucleos nuces alicã elixatã cõciſas nuces
auellanas toſtas adiicies & ĩferes. Aliter dulcia piper
nucleos mel rutã & paſſum teres cum lacte & tractã
coques coagulum coquę cum modicis ouis perfuſum
aſperſum inferes. Aliter dulcia accipies ſimulam co-
ques: & in aquam calidam: ita vt duriſſima pulte faci
es. Deinde in patellam expandis. cum refrixerit con-
cidis quaſi dulcia & frigis ĩ oleo optimo leuas perfun
dis mel: piper aſpergis & inferes. melius feceris ſi lac
pro aqua miſeris. Tiropatinam accipies lac aduerſus
patinam eſtimabis. temperabis lac cum melle quaſi
ad lactantia oua quinqꝫ ad ſextarium mittis ſi ad emi
nam oua tria in lacte diſſoluis: ita vt vnum corpus fa-
cias: in cuminata colas & igni lento coques. Cum du
xerit ad ſe piper aſpergis & inferes. Oua ſſongia ex la
cte oua quattuor lactis eminam: olei vnciam in ſe diſ-
ſoluis: ita ut vnum corpus facias ĩ patellam ſubtilem
adiicies olei modicum: facies vt bulliat: & adiicies im
penſam qua comparaſti vna parte cum fuerit coctum
in diſco vertes melle perfundis: piper aſpergis & infe-
res. Mel caſeum piper & liquamen vel ſale oleo & co-
ryandro.

Bulbos.

Vlbos olei liquamine: aceto: inſere modico
b cumino diſpſo. Aliter bulbos tundis aqua
ex aqua coques. Deide oleo frigis . ius ſic fa
cies timũ puleiũ pip origanũ mel acetũ defrutũ careo
tã liquamẽ oleũ modice pip aſpergis & ĩferes. Varro
ſi quid de bulbis dixit ĩ aquã: q veneris hoſtium q̃rũt:
deinde vt legitimis nuptiis ĩ cena ponunť. ſed & cum
nucleis pineis: aut cũ erucæ ſucco & pipe. Aliter bul-
bos ſtictos œnogaro inſeres.

Fungi farnei vel boleti.

Vngi farnei elixi calidi ex ſiccari ĩ garo pip
f ac ipiunť. ita vt pip cũ liquamie teres. In fũ
gis farneis pip carenũ acetũ & oleũ. Aliter
fungi farnei elixi ex ſale oleo mero coriandro cõciſo in
feruntur. Boletos fungos carenũ faſciculũ coriãdri vi
ridis: vbi ferbuerit exẽpto faſciculo ĩferes. Boletos alr̃
coliculos eoꝝ liquamine vel ſale aſpſos inferunt. Bole
tos aliter tirſos eoꝝ cõciſos in patellã oua ꝓfundis ad
dito pipe liguſtico modico melle liquamine tempera
bis oleum modice.

Tubera.

Vbera radis elixas ſale aſꝑgis & ſurculo inſi
t ges ſubaſſas & mittes ĩ caccabũ oleũ liq̃mẽ
carenũ vinũ pip & mel cũ ferbuerit a mulo
obligas. Tubera exornas & ĩferes. Alr̃ tubera elixas:
& aſpſo ſale ĩ ſurculis affigis & ſubaſſas: & mittis ĩ ca
cabũ liquamen oleũ vinũ carenũ: vinũ modice & pip

cōfractum & mellis modicū & ferueat : cū ferbuerit a
mulo obligas . & tubera cōpunges vt cōbibant illud
exornas. Cū bene ferbuerit inferes. Si uolueris eadem
tubera omēto porcino īuolues & aſſabis & ſic īferes.
Aliter tubera: œnogarꝝ piꝑ: liguſticū coriādrū rutā: li
quamē: mel: vinū: oleū modice calefacies. Al̄r tubera
piꝑ mētā rutā mel oleū vinū modice calefacies & infe
res. Al̄r tubera piꝑ cuminū ſilphi mētā apiū rutā mel
acetū vel vinū ſalē vel liquamen & oleum modice.

In colocaſio.

i N colocaſio piꝑ cuminū rutā vel liquamī olei
modicū: cū ferbuerit a mulo obligas.

Cocleas.

Ocleas lacte paſtas accipies cocleas ſōgiza
c bis mēbranā tolles vt poſſint ꝓdir̄. adiicies
ī vas lac & ſalē vno die: cæteris diebus ī lac ꝑ
ſe & ōmora mūdabis ſtercus cū paſta fiūt vt ñ poſſint
ſe retrahere: & ex oleo friges: mittes œnogarꝝ. Sil̄r &
pulpas paſci poſſint. cocleas ſale puro & oleo aſſabis.
Cocleas laſere liquamīe piꝑe oleo ſuffundis. Cocleas
aſſas liquamine piꝑe cumio ſuffundis aſſidue. Aliter
cocleas viuentes in lac ſiligineum infundis, vbi paſtæ
fuerint coques.

Oua.

Va frixa œnogarata ob elixa liquamīe oleo
o mero: vel ex liquamine pipere laſere in ouis
apalis piper: liguſticū: nucleos īfuſos ſuffun

des mel acetum liquamine temperabis.

Explicit Apicii politeles liber ſeptimus.

Incipit eiuſdem tetrapus octauus.

In apro.
In ceruo.
In caprea.
In ouifero.
Bubula ſiue vitulina.
In edo & agno.
In porcello.
In lepore.
Glires.

## In apro.

Per ita cõditur ſfongiatur: & ſic aſꝑgitur ei
a ſale cuminum tritum: & ſic manet. Alia die mittitur piper tritum condimentum aprinum vel liquamen carenum & paſſum. Aliter in apro aqua marina cum ramulis lauri: aprum elixas quouſqꝫ madeſcat. corium ei tolles cum ſale ſinape aceto inferes. Aliter in apro teres piper: liguſticum: origanũ: baccas myrte exenteras coriãdrum cepas ſuffundes mel vinum liquamen oleum modice ſale facies: a mulo obligas. Aprum in furno coctum ꝑfundes. hoc & ĩ oē genus carnis ferme facies. In aprum aſſum iure ferventia facies ſi piper cuminum frictũ apii ſemen: mẽtam: timum: ſatureiam: enechi flos: nucles toſos: ami

gdola toſta vel vinum:liquamen acetabulum:oleum modice. Aliter in aprum aſſum iura feruentia: piper: liguſticum:apii ſemen:mentam:timum: nucleos toſtos:vinũ acetũ liquamen:& oleum modice. Cum ius ſimplex bullierit tunc triture globũ mittes: & agitas cepam & rutæ faſciculos:ſi volueris pingue ius facere obliga ſi vis albo ouorum liquido moues paulatim aſpergis piper tritum & inferes. Ius in aprum elixum piper:liguſticum:cuminum:ſilphi:origanum nucleos careotam ſinape acetũ liquamen & oleum. Ius rigidum in aprum elixũ piper:liguſticũ:cuminũ: aneti ſemen & timũ:origanũ ſilfi modicum erucæ ſemẽ pluſculũ ſuffundes merꝫ:cõdimenta viridia modica cepa pontica vel amigdola fricta:dactylum:mel:acetum: merꝫ modicũ coloras defruto liquamẽ oleum. Aliter ĩ apro teres pip:liguſticum:origanũ apii ſemen laſeris radicẽ:cuminũ:phœniculi ſemen:rutã:liquamẽ vinũ paſſum:facies vt ferueat. Cum ferbuerit a mulo obligas:aprum nitroforas & inferes.

Perna aprina:ita impletur recentia ꝑ articulum pernæ palum mittes: ita vt cutem a carne ſepes vt poſſit cõdimentũ accipe per cornulũ vt vniuerſa impleatur. Teres pip baccã lauri:rutã ſi volueris:laſer adiicies:liquamen opimũ carenum & olei viridis guttas. Cum impleta fuerit:conſtringitur illa pars:quę impleta eſt ex lino:& mittitur in zemam:elixatur in aquam marinam cum lauri curionibus & aneto.

In ceruo.

i Vs i ceruum teres piper liguſticum carenũ: origanum: apii ſemen radicem: phœniculi ſemen: fricabis ſuffundes liquamen vinum: paſſum: oleum modice cum ferbuerit a mulo obligas Ceruum coctum introforas: tanges & inferes. In platicerote ſimiliter & in omne genus venationis eadem cõditura vteris. Aliter ceruum elixabis & ſubaſſabis teres piper: liguſticum: careum: apii ſemen: ſuffundes mel acetum liquamen: oleum calefactum: a mulo obligas: & carnẽ perfundes. Ius in ceruo piper liguſticũ cepullã: origanũ: nucleos: careotas: mel: liquamen: ſinape: acetum: oleum: ceruine conditura piper: cuminum cõdimẽtum petroſelinum cepa: ruta: mel: liquamen: mentam: paſſum: carenum: & oleum modice: a mulo obligas. Cum iam bullit iura feruentia in ceruo piper: liguſticum: petroſelinum: cuminũ perfundes: nucleos toſtos: aut amigdola: mel acetum vinum oleum modice liquamen & agitabis embebam. In cervinam aſſam piper nardoſtatium folium apii ſemen: cepam: aridam: rutam viridem: mel acetum: liquamen: adiectum: careotam: vuam paſſam & oleum. Aliter in ceruo: in aſſum iura feruentia: piper: liguſticum: petroſelinum: damaſcena macerata: vinum: mel: acetum: liquamen: oleum modice agitabis porro: & ſatureia.

In caprea.

Vs in capa pip liguſticū careū: cuminū: pe
i trofelinū: rutæ ſemē mel ſinape acetū liqua
mē & oleū. Aliter ius ī capa aſſa: pip: condi
mentū rutā cepam mel liquamen paſſum oleū modi
ce: a mulū iam bulliet. Aliter ius in capa pip cōdimētū
petroſelinum origanū modicum rutam liquamē mel
paſſū & olei modicū a mulo obligabis.

In ouifero hoc eſt ouis ſiluatica.

Vs in ouifero feruens pip liguſticū cuminū
i mētam ſiccam timū ſilfi: ſuffūdes vino: adii
cies damaſcena macerata mel vinū liquamē
acetū paſſum ad colorem oleū agitabis faſciculo ori
gani & mētæ ſiccæ. Ius ī venationibus oibus elixis &
aſſis. pipis ſcrupulos. viii. rutam: liguſticū: apii ſemen
iunipum timū mētā aridā ſcrupulos ſenos. pulei ſcru
pulos. iii. hæc oia ad leuiſſimū puluerem rediges: & in
vno ɔmiſces & teres adiicies ī vaſculū mel: quod ſatis
erit. & his vteris cū oxigaro. ius frigidū ī ouifero pip li
guſticū: timū: cuminū: frictū: nucleos toſtos mel: ace
tū: liquamen & oleum: piper aſpergis.

Bubula ſiue vitellina.

Itellina fricta pip: liguſticum: apii ſemē: cu
u minum: origanū: cepam: ſiccam: vuam paſ
ſam: mel: acetū: vinum: liquamē: oleū defri
ctum. Vitulinam ſiue bubulā cum porris ciclaneis vel
cepis vel colocaſiis: liquamen piper laſer & olei modi
cū. In vitulinam elixam teres piper liguſticum careū:

apii ſemen ſuffundes mel:acetũ: liquamẽ oleũ calefa
cies a mulo obligas & carnẽ pfundes. Aliter in vitu-
lina elixa piper: liguſticum: phœniculi ſemen: origa
num:nucleos:careotam:mel:acetum:liquamen ſina
pi & oleo.

In edo vel agno.

Opadia edina ſiue agnina pipe liquamine
coques cũ faſeolis faratariis liquamine pip
laſere cũ imbrato bucellas panis oleo modi
co. Aliter edinam ſiue agninã excaldatam mittes in
caccabum copadia cepam coriandrum minutũ ſucci
des. Teres piper liguſticũ cuminum liquamen oleum
vinũ coques. exinanies in patina a mulo obligas. Alr
edinã ſiue agninã excaldatam a crudo tritura morta-
rio accipere debet. Capria autem cũ coquitur accipit
trituram edum ſiue agnum aſſum. Hedi cocturã vbi
eum ex liquamine & oleo coxeris inciſum ĩfundes in
pipe laſere liquamine oleo modice: & in craticula aſſa
bis. eodem iure cõtinges: pip aſpges & inferes. Aliter
edũ ſiue agnũ: aſſus pipis ſemiunciã: aſeros ſcrypulos
vi. ginziberis modicum. petroſelini ſcrypulos. vi. laſe
ris modicum: liquaminis optimi emina: olei acetabu
lum. hedus ſiue agnus ſyringladus ideſt mãmoceſtis
exoſſat᷑ diligenter agilla ſicut fiat: & inteſtina ei i
tegra exinaniantur: ita vt caput inteſtina ſufletur: &
per nouiſſimam partem ſtercus exinabitur. aqua la-
uantur diligenter & ſic implentur admixto liquamie

& ab humeris conſuitur:& mittit' in clibanum. Cum
coctus fuerit perfunditur. Ius bullies lacte:pip̄ tritum
liquamen carenum defrictum modice:ſic & oleum ét
bullienti mittis a mulum:vel certe mittitur in retiacu
lo vel in ſportella : & diligenter conſtringitur:& bul-
lienti zema cum modico ſalis ſubmittitur. Cum bene
illic tres undas bullierit:leuatur & denuo bullit : cum
humore ſupraſcripto bulliēte conditura perfunditur:
Aliter hedus ſiue agnus ſiringianis lactis : ſextarium
vnum mellis vnciæ quattuor piperis vna. ſalis modi-
cum:laſeris modicum ius ī ipſius oleum acetabulum
liquaminis:mellis acetabulum dactylos tritos octo.
vini boni eminā a mulum modice. Hedus ſiue agnus
crudus:oleo piper fricabis:& aſperges foris ſalem pu
rum multo cum coriandri ſemine : in furnum mittis.
aſſatum inferes. hedum ſiue agnum tatarpeianum an
tequam coquantur. Conſuitur piper:rutam: ſature-
iam:cepam:timum modicum: & liquamine collues.
Hedum macerabis in furno in patella:quæ oleum ha
beat. cum percoxerit perfundes in patella impenſam
teres ſatureiam:cepam:rutam :dactylos liquamen vi
num: carenum:oleum : cum bene duxerit impenſam
in diſco pones. piper aſperges & inferes. Hedum ſiue
agnum paſticum mittes ī furnum:teres piper rutam:
cepam:ſatureiam:damaſcena nucleata : laſeris modi
cum: vinum: liquamen:& oleum vinum feruens col-
luitur in diſco ex aceto ſumitur.

Hedo laurum ex lacte: hedũ curas. exoſſas interanea eius cũ coagulo tolles: lauas: adiicies in mortariũ pip̄ ligusticum laseris radicẽ: baccas lauri duas pireti modicũ. cerebella duo vel tria. hæc oĩa teres ſuffundes: liquamẽ temp̄abis ex ſale ſup̄ triturã colas lactis ſextarios duos: mellis ligulas duas. & ſup̄ hedũ cõponis in giro & omento carta cohopies. ſurelas ĩ caccabum vł patellam cõpones hædum: adiicies liquamẽ oleum vinũ. Cum ad media cora venerit teres pip̄ liguſticũ: & ius de ſuo ſibi ſuffundes mittes in fricto modicũ teres reexinanies in caccabũ. Cum p̄coctus fuerit exornas a mulo obligas & inferes.

In porcello.

P Orcellum farſilem duobus generibꝰ curas aut guttur̄ exẽteras a ceruice ornas anteaq̄ p̄dures ſub apies auriculã ſub cutem mittes ĩmpenſam tarentinam in vexicam bubulam: & ĩ fiſtulam auiarii roſtrouexicæ alligabis: per quam exprimes in aure quãtum cœperit: poſtea carta præcludes & infiblabis & præparabis aliam impenſam. ſic facies. Teres piper liguſticum origanum laſeris radicem modicum ſuffundes. liquamen adiicies cerebella cocta: oua cruda alicam coctam. Ius de ſuo ſibi fuerit aucellas nucleos piper integrum liquamine temperas. imples porcellum ſalem cuminum laſer porcellum: liquaminatum. de porcello eiicis utriculum ita ut aliquæ pulpæ in eo remaneant. Teres piper liguſticum:

origanum ſuffundes liquamen adiicies vnum cerebel lum: oua duo miſces in ſe porcellum p̄duratum iples: ſiblabis ī ſportella feruēti ollæ ſubmittis. cocto ſiblas tolles: vt ius ex ipſo manere poſſit: piper aſperſum iſe res. porcellum elixum farſilem de porcello vtriculum eiicies preduras teres piper liguſticum: origanum ſuf fundes: liquamen cerebella cocta quod ſatis ſit. Simi liter oua diſſolues: liquamine temperabis. farcimina cocta integra præcides: ſed ante porcellum prædura- tum liquamine delauas: deinde imples: inſiblas ī ſpor tella feruenti ollæ ſubmittes coctum ſſongias ſine pi- pere inferes: porcellum aſſum tracto mel ī porcellum curatum a gutture extenteras. ſiccas teres piperis vn ciam: mel: vinum: impones vt ferueat: tactam ſicca- tam confringes & partibus caccabo permiſces agita bis ſurculo lauri viridis: tandiu coques: donec lenis ſi at: & impinguet. hac impenſa porcellum imples: ſur- culas obduras: carta in furnum mittes exornas & in- feres. Porcellum lacte paſtum elixum calidum iure fri gidum crudo apiciano. adiicies in mortario piper: li- guſticum coriandri: ſemen: menta: ruta fricabis ſuf- fundes liquamen: adiicies: mel: vinum: & liquamen: porcellum vitellianum: porcellū ornas quaſi aprum: ſale aſperges: in furno aſſas: adiicies in mortarium: pi per: liguſticum: ſuffundes liquamē vino & paſſo tem perabis in caccabum olei puſillum ferueat: & porcel- lum aſſum iure aſperges ita: & ſub cute eius recipiat.

Porcellum flacianum: porcellum ornas in modũ apri ſale aſperges & in furnum mittes. Dum coquitur adii cies in mortarium piper liguſticum careum apii ſemẽ laſeris radicem: rutam viridem fricabis ſuffũdes liqua mine vino & paſſo temperabis ĩ caccabũ olei modicũ ferueat a mulo obligas porcellum coctum ab oſſibus tanges. apii ſemen teres ita vt fiat puluis aſpges & iſe res. Porcellum laureatum: porcellum exoſſas quaſi œnogaratum ornas: præduras lau rum viridem in me dio franges: ſatis in furnum aſſas & mittes in morta rium piper: liguſticum: careum: apii ſemen: laſeris: ra dicem: baccas lauri fricabis. ſuffundes liquamen & vi no & paſſo temperabis adiicies in caccabum olei mo dicum vt ferueat. obligas porcellum: lauro eximes: & ius ab oſſe tanges & inferes. Frontonianum porcellũ exoſſas præduras ornas adiicies in caccabum liqua men vinum obligas faſciculum porri aneti media co ctura: mittes defrictum. coctum lauas: & ſiccum mit tes piper aſperges & inferes. Porcellum œno coctũ porcellum præduras ornas: adiicies in caccabum ole um: liquamẽ: vinum: aquam obligas faſciculum por ri coriandri: media coctura colorabis defricto: adiici es in mortarium piper liguſticum careum: origanum apii: ſemen: laſeris radicem: fricabis ſuffundes: liqua men ius de ſuo ſibi vino: & paſſo temperabis: exina nies in caccabum facies vt ferueat. Cũ ferbuerit a mu lo obligas. porcellum compoſitum: in patina perfun

des piper aſperges & inferes. Porcellum celſinianum ornas infundes pipere ruta cepa ſatureia ſucco ſuo: & oua infundes per auriculam & ex pipere liquamine vino modico in acetabulum temperas & ſumes. Porcellum aſſum teres: piper: rutam: ſatureiam: cepam: ouorum coctorum: media liquamen: vinum: oleum: condicum bulliat conditura. porcellum inuoletari perfundes & inferes. porcellum ortolanum. porcellus ortolanus exoſſatur per gulam in modum iuris mittitur in eo pullus eficiatus particulatim conciſus. Turdi ficedulæ eficia de pulpas ſua: lucanicæ: dactyli exoſſati fabriles bulbi: cocleæ exemptæ: maluæ betæ: porri apium: coliculi elixi: coriandrum: piper integrum: nuclei oua quindecim ſuper infunduntur: liquamen: piperatum: oua mittantur tria: & conſuitur & præduratur. in furno aſſatur. Deinde a dorſo ſcinditur: & iure hoc perfunditur piper teritur ruta: liquamen: paſſum: mel oleum: modicum: cum bullierit: a mulũ mittitur. Ius frigidum in porcellum ita facies. melixum teres: pip: careum anetum origanum: modice nucleos pineos: ſuffundes: acetum: liquamen: careotam: careotam: mel: ſinape factum ſuperſtillabis: oleum: piper: aſperges & inferes. Porcellum traganum: ſic facies: exoſſas porcellum & aptabis. ſicuti enococtum: & ad fumum ſuſpendes tantum ſalis ollam mittes & elixas: vt coquatur. & ſic eum in lance efferes: ſalſo recente i porcello lactente: piperis vnc. i. vini eminam olei opti

mi acetabulum aceti acetabulum minus.

## In leporem.

Eporem madidum ĩ aqua percoquitur mo
l dice deinde componitur in patina ac coquē
dus oleo in furno . Et cũ prope ſit coctus ex
alio oleo ꝑ tangito de conditura infraſcripta teres pip̱
ſatureiam cepam rutã apii ſemen liquamen laſer vinũ
& modice olei aliquoties verſatur in ipſa percoquitur
conditura.

## Item aliam ad eam impenſam.

Vm prope tolli debeat teres piper dactilũ:
c laſer vuam paſſam carœnum liquamen ole
um' ſuffundes. & cum bullierit piper aſp̱ges
& inferes leporem farſum. nucleos integros amigdo
la nuces ſiue glandes conciſas: pipis grana ſolida pul
pa de ipſo lepore & ouis fractis: obligatur de omento
porcino ĩ furno. Sic iteꝝ impenſam facies: rutam pip̱
ſatis cepã ſatureiã dactilos liquamen carœnũ vel con
ditum diu cum bulliat donec ſpiſſet & ſic p̱funditur.
ſed lepus in piperatc liquamine & laſere maneat. Ius
album in aſſum leporẽ piper liguſticũ cuminũ apii ſe
men oui duri medium trituram colligis: & facies glo-
bũ extra. In caccabulo coques liquamen vinum oleũ
acetum modice cepullã cõciſã: poſtea globulũ cõdim̃
tũ mittes: & agitabis origão vl' ſatureia ſi opus fuerit

a mulas. Aliter in leporē ex ſanguine & iecinoř & pu
monibus leporinis minuta: adiicies in caccabū liqua
men & oleum cocturam porrum & coriādrum minu
tatim concides. Iecinora et pulmones in caccabū mit
tes. Cum cocta fuerint teres piper: cuminum: corian
drum: laſeris radicem mentā rutam: puleium: ſuffun-
des acetum: adiicies iecinora leporum & ſanguinem
teres mel: & de ſuo ſibi aceto temperabis. Exinanies ī
caccabū pulmones leporum minutatim conciſos in
eundem caccabum mittes. facies vt ferueat. Cum fer
buerit a mulo obligas piper aſperges & īferes. Aliter
leporem ex ſuo iure leporem curas exoſſas ornas mit
tes in caccabum: adiicies oleo: liquamen: cocturam:
faſciculum: porri: coriandrum: anetum: dum coqui-
tur: adiicies in mortarium: piper: liguſticum: cuminū
coriandri: ſemen: laſeris: radicem: cepam: aridā: men
tam: rutam: apii ſemen fricabis: ſuffundes liquamen:
adiicies mel: ius: de ſuo ſibi: defricto aceto tēperabis.
facies vt ferueat: cum ferbuerit a mulo obligabis: ex
ornas. Ius perfundes aſperges & inferes: leporem paſ
ſenianum: leporem curas exoſſas extenſum ornas. ſuſ
pēdes ad furnum. Cum colorauerit facies vt dimidia
coquatur. lauas aſperges ſalem: maſſam œnogari tan
ges. adiicies in mortarium: piper: liguſticum: fricabis
ſuffundes: liquamen: vinum: & oleum: modicum: fa-
cies: vt ferueat. Cum ferbuerit: a mulo obligas: lepo-
rem: aſſum: a dorſo tangis: piper aſperges: & inferes.

Leporem eſiciatum eadem coctura condies: pulpam
nucleos infuſos admiſces: omento teges vel carta col-
liges lacimas & ſurcula: leporem farſilem: leporem cu
ras: ornas: quadratum imponis. adiicies in mortariũ
piper: liguſticum: origanum: ſuffundes liquamẽ: adii
cies iecinora gallinarum cocta: ce ebella cocta pulpã
conciſam: oua cruda tria liquamine temperabis. omẽ
to teges & carta & ſurculas lento igni ſubaſſas. adii-
cies in mortarium piper liguſticũ fricabis: ſuffundes:
liquamen: vino & liquamine temperabis: facies vt fer
ueat: Cum ferbuerit a mulo obligas: & leporem ſub-
aſſatum perfundes: piper aſperges & inferes. Leporẽ
aliter elixum ornas. adiicies in lance: oleum: liquamẽ:
acetum paſſum: cepam: concidet & rutam viridem. ti
mum ſubcultratum & ſic apponis leporis conditura:
teritur piper. ruta cepulla & iecur leporis: liquamen:
carenum: paſſum olei modicum a mulum cum bullit
leporem ſucco ſparſum: & hunc percondies ſicut he-
dum tarpeianum. antequam coquatur ornatus ſuitur
piper rutam ſatureiam cepã timum: modicum: liqua
mine collues. poſtea in furnum coques: & impenſam
talem circumſparges: piperis ſemiunciam: rutam: ce
pam: ſatureiam: dactylos. iiii. vuam paſſam: iuſcum
coloratum ſuper vatillum: vinum: oleum: liquamen:
carœnum frequenter tangitur: ut condituram ſuam:
omnem tollat poſtea ex pipere ſicco in diſco ſumitur.
Aliter leporem conditum coques ex vino liquamine:

aqua ſinape : modicum : aneto porro : cum capillo ſuo cum ſe coxerit : condies piper : ſatureiam : cepe : rotundum dactylos : damaſcena duo : vinum : liquamen : caroenum olei modice ſtringatur a mulo : modicum bulliat. conditur lepus in patina perfunditur.

Glires.

g Lires iſicio porcino : item pulpis ex oī membro glirium erit trito cum pipere nucleis : laſere : liquamine farcies glires : & ſutos in tegula poſitos mittes in furnum : aut farſos in clibano coques.

Explicit Apicii tetrapus liber octauus.

Incipit eiuſdem talaſſa liber nonus.


In locuſta & cappari.

In torpedine.

In loligine.

In ſepiis.

In polipo.

In oſtreis.

Omne genus conchiliorum.

In echino.

In merulis.

In ſarda cordula.

Embractum baianum.


In locuſta & cappari.

i N locuſta & cappari induta: cepam: pallacanam conciſam eius: pip: liguſticũ: careũ: cuminum: careotam: mel: acetum: vinum: liquamen: oleum: defrictum. hoc ius adiicito ſinapi in elixuris. locuſtas ſic facies. aperiuntur locuſtæ vt aſſolet cum teſta ſua. & infunduntur eis piperatum coryandratum: & ſic in craticula aſſantur. Cum ſiccauerit adiicies eis in craticula: quoties ſiccauerint: quouſq; aſſantur. locuſta elixa cum cuminato bene inferes: piper: liguſticum: petroſelinum: mentam: ſiccam: cuminum: pluſculum: mel: acetum: liquamen: ſi voles folium & malobatrum addes. Aliter locuſta eſicia de cauda eius ſic facies folium noci: vuam prius demes & elixas. Deinde pulpam concides: & cum liquamine: pipere & ouis eſicia formabis. In locuſta elixa piper: cuminum: ruta mel: acetum: liquamen: & oleum. Aliter in locuſta piper: liguſticum: cuminum: mentam: rutã nucleos: mel: acetum: liquamen: & vinum.

## In torpedine.

i N torpedine teritur piper: ruta cepulla arida: mel: liquamen: paſſum: vinum: modice olei boni guttas cum bullire cœperit: a muſo obligas. In torpedine elixa piper: liguſticum: petroſelinum: mentam: origanum: oui medium: mel: liquamen: paſſum: vinum: oleum ſi voles addes ſinape acetum. Si calidum volueris vuam paſſam addes.

In loligine.

i N loligine in patina teres piper: rutam: mel modicum liquamen: carœnũ: olei guttas. In loligine farſile piper: liguſticum: coryandrum: apii ſem̃: oui vitellũ: mel: acetũ: liquam̃ vinũ & oleũ obligabis.

In ſepiis.

i N ſepia farſile piper: liguſticũ: apii ſem̃: careũ: mel liquam̃: vini condim̃ta coctiua calefacies. & ſic aperies ſepiã & perfundes ſic facies eã ſepiã coctã cerebella elixa eneruata teres cũ pipere. cui cõmiſces oua cruda. quod ſatis erit piper ĩtegrũ eficia minuta & ſicco ſues & in bullientem ollã mittes ita vt coire ĩpenſa poſſit. Sepias elixas ab alieno frigidam miſces cũ pipere laſere liquamine nucleis oua & condies vt voles. Aliter ſepias piper liguſticum cuminum coryandrum viridem mentam aridã oui vitellũ mel liquam̃ vinũ acetũ & oleũ modicũ. & vbi bullierit a mulo obligas.

In polipo.

i N polipo pipere liquamine laſere inferes.

In oſtreis.

i N oſtreis piper liguſticũ oui uitellum acetũ liquamen oleũ & vinum ſi volueris & mel addes.

In omne genus conchilioꝝ.

N omne genus conchiliorum piper:liguſti
i cum:petroſelinum:mentam:ſiccam : cumi
num:pluſculum:mel:liquamen:ſi voles fo-
lium & malobatrum addes. In echino.

N echino accipies pultarium nouum olcū:
i modicum:liquamen,: vinum:dulce : piper:
minutum.facies vt ferueat : cum ferbuerit ī
ſingulos echinos mittes:agitabis:ter bulliat .cum co
xeris piper:aſperges & inferes. Aliter echino piper to
ſtum:modice:mentam : ſiccam : mulſum:liquamen:
ſpicam indicam:& folium: Aliter echino totum mit-
tes.addes folium piper mel liquamē olei modice: oua
& ſic obligas.intermoſpodio coques:piper :aſperges
& inferes. In echino ſalſo:echinum ſalſum cum liqua
mine optimum carœno pipere temperabis & appo-
nes. Aliter echinus ſalis :liquamen : optimum admi-
ſces:& quaſi recentes aptabunt . ita vt a balneo ſumi
poſſint. In merulis.

N merulis liquamen porrum conciſum cū
i minum paſſum ſatureiam: vini miſtum fa-
cies aquati ius:& ibi merulos coques.

In ſarda cordula.

N ſardis.ſardam farſilem ſic facere oportet
i ſarda exoſſatur & teritur .puleium cum pi-
peris grana mentā nuces mel : īpletur & cō
ſuitur:inuoluitur in carta:& ſic ſupra vaporem ignis ī
opculo:cōponitur. Cōditur ex oleo careno allego. Sar

da ita fit. coqtur ſarda: exoſſat̃ teritur pip̃ liguſtico: timo origano rutã careotã melle: & in vaſculo ouis in ciſis ornatur. Impẽſa vinum modice acetũ defrictum & oleum viride. Ius in ſarda piper origanum mentam cepã aceti modicũ & oleum. Ius in ſarda pip̃ liguſticũ apii ſemen mentã rutam careotam: mel: acetũ vinum & oleum. Cõuenit & in ſarda. Ius in mugile ſalſo pip̃: liguſticum cuminum: cepa: menta: ruta: calua: careo ta: mel: acetum ſinape & oleũ. Aliter ius in mugile ſal ſo pip̃ origanũ eruca menta ruta calua careota: mel: oleum: acetum: Ius in ſiluro in pelapide & in tino ſalis piper liguſticum: cuminum: cepam: mentam: rutam: caluam: careotam: mel: acetum ſinape: oleum. Ius in mulo tarico piper rutam cepam dactylum ſinapi tri- to commiſces echino oleo. & ſic perfundes. piſcem fri ctum vel aſſatum ſalſum ſine ſalſo. Iecur coques teres & mittes piper: aut liquamen: aut ſalem addes oleum iecur leporis aut hedi aut agni aut pulli. & ſi volueris ĩ formella piſcẽ formabis oleũ viride ſupra adiicies. al'r vice ſalſi cuminũ pip̃ liqm̃ teres & paſſũ modice vł ca rẽi: & nuces tritas plurias miſces: & ſimul ɔteres et ſal ſa redde. fũdes oleũ modice ſupſtillabis hoc ægꝝ ſtõa chũ valde r̃ficit & digeſtionẽ facit. Embractũ baianũ

e Mbractũ baianũ oſtreas minutas ſphondi los vrticas ĩ caccabũ mittes nucleos toſtos cõciſos rutam: apiũ: piper coriãdrum cumi num paſſum liquamen careotam oleum.

Explicit Apicii talaſſa liber nonus.

Incipit eius alieus vel alieuticon liber decimus.

In piſcibus diuerſis.

In murenam.

In anguillam.

In piſcibus variis.

i Vs diabota non in piſce frixo. piſcem quēlibet curas ſaluas: friges: teres: piper cuminū coriandri ſemen laſeris radicē origanū rutā fricabis ſuffundes acetum: adiicies careotā mel defrictum oleum liquamē tēperabis. refundes in caccabū facias vt ferueat. Cū ferbuerit piſcem frictū pfundes. piper aſperges & inferes. Ius in piſce elixo pip: liguſticum cuminū cepullā origanū: nucleos careotam mel acetū liquam̄ ſinapi oleū modice: ius calidum: ſi velis vuam paſſam. Aliter in piſce elixo teres pip liguſticū coriandrum viridē ſatureiam cepā ouorum vitella cocta paſſum acetū oleum & liquamen. Ius ī piſce elixo piſcem curabis diligenter mittes in mortariū ſalē. coriandri ſemen conteres: bene volues: eū adiicies ī patinā coopis gipſabis coq̄s in furno. Cū coctus fuerit tolles aceto acerrimo aſpges et īferes. Alr̄ ius ī piſce elixo cū curaueris piſcē adiicies ī ſartaginē ſemē: aquā anetū viridē: & ipſum piſcē: cū coctus fuerit aſpges aceto & inferes. Ius alexandrinū in piſce aſſo: pip cepam ſiccam: liguſticum: cuminum: origanū: apii ſem̄: pruna

damaſcena enucleata mitis acetum liquamē defrictū
oleū & coques. Aliter ius alexādrinum ī piſce aſſo. pi
per liguſticum coryandrum viridem vuā paſſam enu
cleatam: vinum paſſum: liquamen oleum & coques.
Aliter ius alexandrinum in piſce aſſo piper liguſticū:
coriādrum viridem cepam damaſcena enucleata paſ
ſum liquamen oleum acetum & coques. Ius in cōgro
aſſa piper liguſticum cuminum frictum origanum ce
pam ſiccam: ouorum vitella cocta: vinū mulſum: ace
tum liquamen defrictum & coques. Ius in carnutam
piper liguſticum origanum: cepā: vuam paſſam: enu
cleatam vinum mel acetum liquamen oleū & coques
Ius ī mullos aſſos piper: liguſticum rutam mel nucle
os acetum vinum liquamen oleum modice calefacies
& perfundes. Aliter ius in mullos aſſos rutam mentā
coriandrum phœniculum omnia viridia piper liguſti
cum mel liquamen & oleum modice. Ius in pelamide
aſſa pip liguſticū origanū coriandrum viridem cepā:
vuam paſſam acetū liquamen defrictum oleum & co
ques. hoc ius conuenis in elixa ſi uis & mel addes. Ius
in percam piper: liguſticum: cuminum: frictum: ce
pam pruna damaſcena enucleata vinum mulſum ace
tum oleum: defrictum & coques. In piſce rubellione:
piper: liguſticum: careum: ſerpillum: apii ſemen: cepā
ſiccam: vinum: paſſum: acetum: liquamen: oleum: a
mulo obligas. Ius in murena aſſa: piper: liguſticum:
ſatureiam: croco magna: cepa: pruna damaſcena enu

cleata vinum:mulſum:acetum liquamen: defrictum: oleum & coques. Aliter ius in murena aſſa piper:ligu ſticum:pruna damaſcena: vinum mulſum:acetum:li quamen defrictum oleum & coques. Aliter ius in mu rena aſſa piper:liguſticum:ne pam montanam:coriā dri:ſemen:cepam:nucleos:pineos mel:acetum:liqua men:oleum:& coques. Aliter ius in murena elixa pip liguſticum:careum:apii ſemen:coriandrum: mentā: aridam:nucleos pineos rutam:mel:acetum:vinum:li quamen:oleum modice calefacies & a mulo obligas. Ius in murena elixa piper:liguſticum:careum: cumi- num:nucleos:careotam:ſinape:mel:acetum:liquam̄ oleum defrictum. Ius in piſce elixo. piper:liguſticum: petroſelinum:origanum:cepam:aridam:mel: acetū: liquamen: vinum:oleum modice:cum bullierit: a mu lo obligas & in lance iferes. Aliter ius in murena elixa piper:liguſticum:acetum:apii ſemē:rus ſyriacum:ca reotam:mel:acetum:liquamen:oleum:ſinape: defri- ctum. Ius i lacertos elixos piper:liguſticum: cuminū: rutam viridem:cepam:mel:acetum:liquamen: oleū: modice cū bullierit:a mulo obligas. Ius in piſce aſſo: piper:liguſticum:timum:coriandrum:viridem: mel: acetum:liquamen:vinum:oleum: defrictum calefaci es: & zitabis rutæ ſurculo: & obligabis a mulo. Ius in tino:piper:cuminū:timum: coriandrum: cepam: vuam paſſam:acetum:mel:vinum:oleum:calefacies a mulo obligas. Ius in tino elixo piper:liguſticum:ti-

mum :condimenta mortaria cepam :careotam:mel: acetum:liquamen:& oleum:& ſinape. Ius in dentice aſſo piper:liguſticum:coriandrum:mentam:rutā:ari dam malum cidoniū coctū vel vinū :liquam̄ oleū cale facies a mulo obligabis.

In piſce aurata:piper:liguſticum:careum:origanū: rutæ baccam:oui vitellum:mel:acetum:oleum:vinū: liquamen:calefacies ſic vteris. Ius in piſce aurata aſſa piper:coriandrum:mentam:aridam:apii:ſemen: ce-pam:vuam paſſam:mel:acetum: vinum: liquamen : & oleum. Ius in ſcorpione elixo piper careum:petroſe linum:careotam:mel:acetum:liquamen:ſinape oleū defrictum. In piſce œnogarum:teres:piper:rutā: mel cōmiſces:paſſum:liquamen:carœnum:& igni molliſ ſimo calefacies. In piſce œnogarꝫ vt ſupra facies:cum bullierit:a mulo obligabis. In anguilla:piper:liguſti-cum:apii ſemen:anetum:rus ſyriacum:mel: acetum: liquamen:oleum:ſinape:& defrictum. Ius in anguil-lam:piper:liguſticum:ius ſyriacum:mentam : ſiccā: rutæ:baccas:ouorum:vitella coctum:mulſum:acetū liquamen:oleū coques.

Explicit eiuſdem Apicii alieus liber decimus & vltimus.

FINIS.

## Antonius mota Ad vulgus.

Plaudite fartores: cætari: plaudite ventres
 Plaudite myſtili tecta per vncta coqui
Pila ſit albanis quæcunq; ornata lagænis
 Pingue ſuum copo limen obeſus amet
Occupat inſubres altiſſimus ille nepotum
 Gurges & vndantes auget & vrget aquas
Millia ſex ventri qui fixit Apicius alto
 Inde timens: ſumpſit dira venena: famem.

## Ioannes ſalandus lectori.

Accipe quiſquis amas irritamenta palati:
 Precepta: & leges: oxigarumq; nouum:
Condiderat caput: & ſtygias penitrauerat vndas
 Celius: in lucem nec rediturus erat:
Nunc teritur dextra verſatus Apicius omni
 Vrbem habet; & tectum qui perigrinus erat:
Acceptum motte noſtro debebis: & ipſi
 Immortalis erit gratia: laus & honor:
Per quem non licuit celebri caruiſſe nepote:
 Per quem dehinc fugiet lingua latina ſitum.

Impreſſum Mediolani per magiſtrum Guilermum Signerre Rothomagenſem Anno dñi. Mccccxxxx viii. die. xx. menſis Ianuarii.


APICIUS COELIUS. IN RE QUOQUINARIA. MILAN 1498.





